

**ORACIONS SUBORDINADES ADVERBIALS.**

1. Analitza sintàcticament i tradueix les següents oracions. Llavors fes el comentari morfològic de les paraules subratllades.

1. Quamquam non habet gladium, tamen pugnat.
2. Heri si librum istum emissem, tibi libenter donauissem.
3. Dum Romani haec parant, Saguntum<sup>1</sup> oppugnari coeptum est.
4. Dum eris felix, multos amicos numerabis.
5. Actio recta non erit, nisi recta fuerit uoluntas.
6. Haec ubi Romae comperta sunt, senatus Catilinam et Manlium<sup>2</sup> iudicat.

1. Saguntum, -i (n): Sagunt (ciutat Tarraconense).

2. Manlius, -i (m): Manli (nom de família romà).

**TEXTOS**

**Cèsar envia ajut als seus soldats, que resisteixen amb coratge l'atac dels enemics.** (Cèsar, *De bello Gallico*, 4, 37)

Hac re nuntiata, Caesar omnem ex castris equitatum misit. Interim nostri milites impetum hostium sustinuerunt atque fortissime<sup>1</sup> pugnauerunt et, paucis uulneribus acceptis, complures ex iis occiderunt. Posteaquam equitatus noster in conspectum uenit<sup>2</sup>, abiectis armis, hostes terga uerterunt magnusque eorum numerus est occisus.



Juli Cèsar, Coustou, 1872

1. fortissime: adv. «duríssimament».

2. in conspectum uenire: traduir per «aparèixer».

**Sertori mentia als seus soldats quan ho creia necessari.** (Gel·li, *Noctes atticae*, XV, 22)

Sertorius<sup>1</sup>, uir acer egregiusque dux, exercitus peritus fuit. Is in temporibus difficillimis mentiebatur ad milites, si mendacium prodesset. Et litteras compositas pro ueris legebant et somnium simulabat et falsas religiones conferebat, si istae res eum apud militum animos adiutabant.

1. Sertorius, -ii (m): Sertori.



**Derrota dels cònsols Marc Manli i Quint Cepió a la guerra contra Jugurta.** (Eutropi, *Breuiarium Historiae Romanae*, 5, 1)



Dum bellum in Numidia<sup>1</sup> contra Iugurtham<sup>2</sup> geritur, Romani consules M. Manlius<sup>3</sup> et Q. Caepius<sup>4</sup> a Cimbris et Teutonis uicti sunt iuxta flumen Rhodanum ingenti internicione; etiam castra sua et magnam partem exercitus perdiderunt. Timor Romae grandis fuit. Ergo Marius post Iugurthae uictoriam secundo consul est factus.

1. Numidia, -ae (f): Numídia (regió d'Àfrica).
2. Iugurtha, -ae (m): Jugurta (rei de Numídia).
3. M. Manlius, -ii (m): Marc Manli (nom d'home romà).
4. Q. Caepius, -ii (m): Quint Cepió (nom d'home romà).